



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo
Ecclesiastico**

Bellegambe, François

Coloniæ Agrippinæ, 1700

Q. 4. An, qui est approbatus limitate, v. g. pro viris, non pro mercatoribus,
& c. possit eligi ab omnibus illimitate?

urn:nbn:de:hbz:466:1-42093

212 P. 3. De Jubileo extraordinario.

Q. 3. Quinam intelligantur nomine Ordinarium loci, seu locorum, à quibus debent esse approbati Confessarii pro facultatibus Jubilæi?

R. Probabilius intelliguntur Ordinarii locorum, in quibus fit confessio; ut docent Lugo De pœnit. disp. 21. n. 14. & 35. Thom. Tamburinus de Sacram. l. 5. c. 5. §. 4. n. 11. & Tract. de Bullâ Cruciatâ cap. 11. §. 1. n. 1. Berrendus Loht Tract. 21. art. 8. post med. &c.

Q. 4. An, qui est approbatus limitatè, v. g. pro viris, non pro mulieribus; pro rusticis, non pro mercatoribus, &c. possit eligi ab omnibus illimitatè?

R. Negativè, cum Suarez disp. 28. sect. 7. n. 3. De Lugo supra n. 16. citante Emmanuëlem Rodriguez, Villalobos, Homobonum, & alios; Bordonno Resol. 34. n. 54. Th. Tamburino sup. §. 4. n. 29. Gobato n. 233. &c. contra plures.

Idem ferè dicendum, & dicunt prædicti Authores de approbato limitatè ad unum oppidum, pagum, &c.

&c. ut videro potes apud DeLugo
sup. n. 23. qui docens cum Filiucio,
Nugno, & aliis, talem non posse eli-
gi ubique, sed tantum intra istud op-
pidum, concludit: *Requiritur ergo ap-
probatio, vel universalis, vel certè res-
pectiva ad talem confessionem, ut ad illam
possit eligi per Bullam, aut Jubilæum.*

Q. 5. *An possit eligi Excommunicatus,
Suspendus ab exercitio Jurisdictionis, Irre-
gularis quoad Jurisdictionem?*

R. Negativè. Id quod magis di-
cendum de Deposito, Degradato.
Tum ex praxi: Tum quia Pontifex
per Bullam Jubilæi neminem restituit
suo gradui, aut absolvit à vinculo,
quo quis tenetur. Ergo Censuratis, &
aliis ejusmodi, nihil patrocinantur
generalia verba: *Confiteantur cuilibet
approbato Confessario. Gobat n. 236.
& seq. Vide infra, q. 8.*

Q. 6. *An possit eligi Confessarius com-
plex criminis, si à legitimo Superiore ab-
lata sit Confessario potestas absolvendi
complicem?*

R. 1. Si ista potestas ablata sit per
appro-